DECISIONES

CLARISSIMI ET EXCELLENTISSIMI D. ANTONII CAPYCII

IVRIS VTRIVSQVE CONSVLTI AC REGII CONSILIARII:

QVAS IPSE EX SENTENTIIS VARIE DICTIS, & à iudicibus Sacri Concilij Neap. ſuo tempore prolatis ſumma cum diligentia collegit, ac luculenter digeſsit nunc demum diligentiſsime reuiſæ,

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO,

omnibus in foro verſantibus cæteriſq; iuris ſtudioſis ad difficillimarum quarumq; iuris quæſtionum quotidie occurrentium reſolutionem non ſolum perutiles, ſed & perquam maxime neceſſariæ.

Num. 45. cax. 8.
Num. 12



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VENETIIS

M D L V I.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

AD LECTOREM CAVSIDICVM SIGISMVNDVS DE HADRIA PROFESSOR LEGVM MINIMVS.

HABES in præſentia modum Cauſidice Lector in vtroque maxime Regno, habes (inquam) normam, quibus quidem occurrentes tibi fere omnes quotidianos enucleare caſus facile valeas abſq; variorum tum authorũ tum Doctorum innumerabiliũ reuolutione chartarum. Quieſcat in præſentiarum codex, ſileant inſtitutiones, digeſta dormiant: & aucteticorũ tenebræ cum ſuis gloſis atque immenſis commentis peregrina doctorum non amplius infeſtabunt ingenia. Quid pluraꝰ conſtitutiones amborum (vt ſupra) Regnorum, ritus, & pragmaticæ in poſterum puluere, ſeu tineis abrodentur: nanque iuxta Senecam, dementia eſt addiſcere ſuperuacua in tanta temporis egeſtate: quum ſit ars longa, & vita breuis in capeſſenda neceſſaria ſcientia, quæ donum Dei eſt. xvj. q. j. c. reuertimini. Narrat alibi præfatus Seneca, quòd librorum multitudo diſtrahit: Faſtidientis enim ſtomachi eſt multa deguſtare, quæ vbi varia ſunt & diuerſa inquinant, nec alunt. Cæterum per contrarias interpretum ſententias totum ius pene turbatum eſt, non ſecus atque in antiquioribus factum erat temporibus: vt l. j. §. nullis iure peritis. C. de vet. iu. enuc. quippe quòd liber hic eſt ille, qui gladium ad radicem quoruncunque ferme caſuum audacter appoſuit: ac infinitas nonnullorum opiniones reſecando, meliores eligendo, & optimas texendo vna cum decretis ſuis optime perſtrinxit in vnum. Suppleuit inſuper ea, quæ famoſus nequiuit Afflictus inſerere. Quid ſtas igitur amice Cauſidice, quin harum Deciſionum, ne dicam liberalis emptor, verum familiaris vtique fiasꝰ vt ambitioſus ſimul & locuples quam citius euadasꝰ quum poſsit pauper & debeat diſcere pro pane lucrando ff. de orig. iur. l. ij. §. vj. & extra de cenſ. c. cum ſecundum Apoſtolum, neque non (vt ait Ariſto. iij. topicor.) indigenti magis eligendum eſt ditari, quã philoſophari, mature tamen, cupiditate nequitiaue refrenatis. in authen. vt iud. ſin. quo. ſuff. r. §. cogitati. c. auaritiæ. & c. quam ſit. extra de elect. lib. vj. Inſanus etenim eſt (vt almi Hierony. verbis vtar in proœ. Bibl. prope finem) itinerans, qui vltra neceſsitatẽ itineris ſe onerat ijs, quibus in termino abundabit. Vale. & celebri operis authori Domino ANTONIO CAPYCIO REGIO Conſiliario (vti par eſt) te mirum in modum obnoxium fore memineris: mihi vero ſat erit pro faciliori indagatione, currenti licet calamo propter aſsiduæ lectionis & incumbenda, & audienda curam, inde nuper euulſiſſe Summaria in quibus ſi quid bene traditum, aſcribatur ſoli Deo: ſi quid autem minus bene, vel imperfecte, ſcribentis imbecillitati Lector attribuas: tametſi minus etiam bene dicta proſint (vt inquit philoſophus) irritant enim alios ad perfectam inueſtigationem. Vale inquam, & lubens cape libellum.

a ij

DECISIONES NOVAE SACRI REGII CONCILII NEAPOLITANI PER EXCELLENTISS. virum Dominum Antonium Capicium: in quibus nunc ſecundo poſt primam impreſsionem quatuor ſunt additæ deciſiones.

SVMMARIA.

1 *Hæres victi turbans victorem poteſt compeſci per ſententiam ſuper vti poſſidetis latã contra prædeceſſorem. & nu. 12.*

2 *Interdicta omnia ſunt in rem ſcripta.*

3 *Succeſſor etiam particularis eſſe nõ debet melioris conditionis authore ſuo.*

4 *Poſſeſſore a me vi, clam, aut precario rem ipſam in alium alienante, poſſum contra ſucceſſorem agere interdicto, ſicut poterã contra authorem.*

5 *Poſſeſsio transfertur cum ſua cauſa, ſuiſque vitijs, & qualitatibus.*

6 *Feuda & caſtra, licet mutent dominos & perſonas poſſeſſorum, tamen ſunt eadem.*

7 *Actore dicente ſe habere poſſeſsionem rei occaſione talis caſtri: & reo eandem propter aliud caſtrum ſententia inter eos lata extenditur ad quemlibet ſucceſſorem.*

8 *Feudũ & caſtrum eſt homo mutus & ſurdus vtens miniſterio ſui feudatarij: vt voce ſua tanquam organum et pica ſe gerat.*

9 *Feudatari caſtri mortuo, rerum etiã particu*

midia. Sac. Conſi. in cauſa filiorum Galeatij Caraccioli quo ad legitimam Burgenſaticorum iudicauit fœminas facere partem, licet nō admitterentur: dum enim eſſent octo filij quinq; maſculi & tres fœminæ, & tractaretur de legitima vnius ipſorum, iudicauit ipſam eſſe ſextamdecimam, & ſic fœminas facere partes, vt ſupra deciſi. clviij. vbi opiniones varię, licet poſtea in liquidatione vitæ & militiæ iudicauerit dum eſſent quinq; filij maſculi eſſe quintam partem medietatis fructuum rerum feudalium: & ſic decimam: vnde fœminæ ibi non fecerunt partē, quia ſi feciſſent, fuiſſet octaua pars medietatis fructuum: & ſic decimaſexta pars vt iudicatum fuit. 1521. 17. Aprilis. ✳ Sacrum Conſilium habuit hanc cauſam pro difficili ob authoritates & iura hinc inde: & dixit partibus, ꝙ facerent compromiſſum ex quo cauſa erat exemplaris & caſus nouus: & facto cōpromiſſo iudicauit vitam & militiam aſcendere ad annuos duc. cclx. quanuis maior eſſet ſumma quæ ſibi deberetur, quando teneremus opinionem ꝙ in linea tranſuerſali ſit aucta legitima, & hoc in primo menſis Decembris 1530. actorum magiſter Hieronymus Campellonus. Nec oportuit hic diſcutere quando fuiſſemus in linea deſcendenti, an fœminæ quæ erant duæ facerent partes: nam ex quo erant ſex, ſi feciſſent partes, fuiſſet dimidia totius & non ſex. habuiſſent quilibet xij. partem aſsis: ſi *fuiſſent quatuor quilibet eorum* habuiſſent duodecimam partem aſsis.

FINIS.

Regiſtrum.

a b c d A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA.

Omnia quaterna.

Venetijs apud Cominum de Tridino Montisferrati. M D L V.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA